Ad Protestationem contra Cl. Virum Christophorum Naiman et Adm. Rev. Iacobo Vitellio scriptam et typis vulgatam Reprotestatio contra Chr. Naiman.

*Ad Protestationem contra Clarissimum Virum.*

# CHRISTOPHORUM NAIMAN

Philosophiæ & Medicinæ Doctorem & in Academia Cracouien: Ordinarium Professorem Cons. Crac.

ab

*Admodum Reverendo*

# JACOBO VITELLIO, S. Th:

Baccalaureo S. Florian: Canon: scriptam & Typis Vulgatam.

# REPROTESTATIO.

*Contra Spectab. Christophorum Naiman Ciuem & Incolam Cracouien:*



Ta sane, Naimanos antiquos in Vrbe Ciues, neque Cracouiam sporta nuper delatos, inter alia, Cracouię & Jlcusij à ducentis & vltra añis, eorum Fundationes sunt testimonio. Doctorat9 vero à quadraginta annis, & Professoria, quam Bononiæ in Italia, in sua iuuenta Naiman sustinuit, Consularique à viginti quinque annis dignitate & titulo, ita ne ab A. R. D. Vitellio (qui tot titulis seipsum nunc magnificat) sine aliquo Naiman crimine nudatus, spoliatus? Athlantes Academiæ extremo vestro cum Patribus Iesuitis non ita pridem exitio, Naimanos per adulationem

A appella-

appellastis, nunc vero Athlantes isti vestri, & illorum apud vos sanguis, quo modo habet? Nomen illorum è vestrum medio proscripsistis, delere proposuistis, Facultates, (ex defuncti Canonici peculio quinque millia, ex Reprotestantis, per calumniam, tollere volentes alia octodecem Florenorum millia) vna deglutione absorbere, ijs Naimanos hæredes exuere constituistis.

*Cum quo, de damnis in Bonis grauibus & prouentibus retentis & exactis. Jure egit vniuersitas.*

Non Jure sed calumnia. Bona vestra Suiborowice per arendam ex conuentione duobus tenui annis Florenis 3600. quos solui ratione ista. Ratæ prioris Floren. 900. Habetur quietatio. Paratæ Floren. 1134. gr. 20. Habetur quietatio. In Frumentis Floreni 3004. gr. 15. Habetur quietatio. Pro conseminatione æstiua, proprij mei in fundo relicti Floren. 469. Habetur in Jnuentarium. Exiguntur tamen à vobis 6000. Braxatorium Generosi olim D. Szembeci fuisse, argumento Roborata eius vobiscum Intercisa, Naimano venditum, Quietatio. Exiguntur tamen pro Braxatorio à vobis, alia Florenorum 6000. Sijluæ vero Pielgrzymouicenses tam grandes illæ, non in Orientalibus Indijs Calecutum propè, sed sesqui altero milliari Cracouià positæ; facile quiuis videbit, cum radicibus etiam effossas, septingentos vix valere: videbit & vestram, qui pro solis exigitis damnis Florenorum 6000. crassam nimium alieni appetentiam, ne dicam crassam impudentiam.

*Si quid Naiman apud S. Sedem Apostolicam moliatur maligne.*

Ita, pro sua in S. Sedem deuotione, Magnificentia vestra Cu-

ſtra, Curiam Romanam, malignitatis & moliminum, non Juſtitiæ, conſtituit Officinam.

*Atque dictum aliquod à D. Politowicz Collega Minore Profeſſore, Notario &c.*

Triremes omiſſæ.

*Dictum Politowicz contra Sedem Apoſtolicam à Naimano inuidioſè interpretatum, cum Politowicz nihil dixerit.*

Vetus Scholarium. Si feciſti nega; nunc D. D. Rectorum incipit. Quantum Politowicz contra S. Sedem blaterauiſſet, appello ego pleni Senatus, & publicam multorum ac recentem memoriam.

*Contra Sedem Apoſtolicam nihil D Politowicz dixerit ſed ſtatim proteſtatus eſt de calumnia ſibi obiecta, his formalibus verbis. In fide Catholica natus ſum & in hac mori volo, & S. Sedis authoritatem tueri ac defendere, usque ad extremum vitæ Spiritum.*

Acta ſunt iſta, non in priuato angulo, ſed in Prætorio Cracouien: palam & publicè. Quod Politowicz formalia hæc, Papam hîc non habemus, dixiſſet, teſtes qui aderant omnes, de formalibus veſtris, nemo. Quod dixiſſet, quis maior teſtis? quam ipſe, qui ſua dicta ad ſuos deduxiſſet effectus? Non habuit Politowicz, Vitellianæ vniuerſitatis Plenipotens Papã, quando in ſingulis Proceſſus ſui ſubſequẽtibus Actibus, Sedis Apoſtolicæ Papales tuitiones, Proteſtationesque de reiectis Mandatis & Appellonibus toties repetitas, cũ Spectab. D. D. Conſulibus ſuis Judicibus, toties reieciſſet. Non habuit cum ſuis Principalibus Papam, quãdo in literis ſuis Apoſtolicis de data Romæ 28. Julij 1644.

 eticerum

& iterum Mandatis 22. Decembr: alijs, & adhuc iterum 30. Januar: 1645., contemptim refutatis, Papa ab eo refutatus. Non habuit Papam, quando contra literarum Papæ executionem authoritatemque, cum Principalibus, omnes quos maximos potuit, per suos Patronos, mouit motus.

*Cum Naiman impudenter ausus est Politouio imponere, quasi contra S. Sedem Apostolicam aliquid in contrarium dixisset.*

Tot publicis apud vos veritas probata testibus, impudens impostura?

*Protestatur contra Naimanum Protestantem malitiosum.*

Vestræ autem Sacerdotes non malitiosi, DEUS sit propitius innocentiæ.

*Quod tam falsis imposturis.*

Ita apud vos, qui in vtramque consuestis disputare partem, res tot probata argumentis, falsa impostura.

*Vniuersitatem insontem.*

Antiquam insontem, Professores senes viros honoratissimos, non Vitellianam Academiæ anguli & domus vnius, Triumuralem vniuersitatem; cui recens natę, subiecta, & ingenia meliora Academià expulisse, inertes Albertos suos, & Magistros Dolezijsz sie inutiles, ac qui Medicinam tradunt Zinziber professi, Regni damno, (cuius Literariæ tenemus Officinam) Academiæque turpitudine, vocationibus Vniuersitati (de quo aliàs) surreptis, vocasse, promouisse,

uiſſe, Profeſſores emeritos oppreſiſſe, magna gloria: non Vitellianam iſtam omnium nocentiſſimam, quę omnia impetù, & ſuo vino, ſus deque totam nunc commouit vniuerſitatem, & Naimanum ad acerbiores, nunc ſui adegit defenſiones.

*In perſona Plenipotentes.*

Mali Linacri illius, totam in ſua manica vbique circumferentis Vitellianam?

*Nos enim omnia Jura noſtra, & fortunam tenuem, & vitam noſtram, ad pedes S. Sedis Apoſtolicæ, deuotisſimè proſternimus.*

Alio quam verbis hîc opus Vitelli.

*Simul idem Magnificus D. Vitellius proteſtatur contra dictum Naiman calumniatorem, quod nihil in Acta Conſularia contra S. Sedem Apoſtolicam induxerit, neque ſciuit de aliquo dicto, D. Politowicz iniurioſo, contra Sedem Apoſtolicam.*

Reproteſtatur Naiman contra D. Vitellium, ſui, & S. Apoſtolicæ Sedis, calumniatorem. Dictum porro iniurioſum iſtud, cum reclamatione Naimani in continenti, & coram Notario publico D. Andrea Cieski, præſentium teſtium vocata turba, Proteſtatione, ſub meridiem die menſis Nouembr: 7. fuit; in ipſo meridie, D. Vitellius domum Notarij venit, per caput & Matris Academiæ viſcera (cuius ille Magiſter fuit aliquandò & cliens) ne ſuper Politouij contra S. Sedem flagitioſo dicto, Inſtrumentum conficeret, ſupplex deprecatus: ſua nihilominus nunc 14. Nouembr: Proteſtatione, quod de aliquo Politouij iniurioſo contra

Sedem Apostolicam nihil sciuisset dicto, leuissime asseuerat.

*Neque potuit cum sit Presbijter.*

Et beneficiatus Presbijter.

*Nihil in Acta contra Sedem Apostolicam induxerit.*

Jta est, nulla S. Sedis Apostolicæ (quod id profundioris iam esset insaniæ) facta mentione, sed quia Actus antecedentes in genere omnes, blasphemia contra S.Sedē pridiana ista non excepta, per suum Politowicz actos, factos, ad Acta approbasset Consularia.

*Fuit quidem idem Iabobus Vitellius ad Acta, sed ad constituendum Pleni potentem non amplius, appellat fidem Actorum.*

Fuisse amplius, fidem quoque Actorum Naiman appellat.

*A Naimano omnia conficta criminose.*

A testibus & Actis, non Naimano conficta criminosè: dicta potius R. Vitellij approbatio, Actis inserta publicis, non sine crimine.

*Nos ita sumus S. Sedis Apostolicæ religiosissimi cultores.*

Non Triumuiri vos, Vstiensis, Vitelli, Grzegorzowicz, Linacri pauci, & homines noui, qui S. Sedis Apostolicę authoritatis conuellendę, nullam vnquam omisistis occasionem, sed antiqui & senes Professores nos ve-

nos Venrandę illi9 Academię antiquę matris nostrę: nobilis progenies, à quibus nulla vnquam in S. Romanam Sedem, cultus contestandi occasio omissa: qui contra Vicleuium, Hussum, Hieronimum Pragensem, hæreticos, pro Ecclesiæ Romanæ authoritate, stetimus animosè; in Schismate Basiliensi, alijs profugientibus Academijs, pro Ecclesià Romanà constāter stetimus & animosè, á nobis Joannes Bohæm9 hęreticus Minister, qui cum Diuo Iagellone nostro, in quadraginta post fundatam Academiam añis, Bohemiæ Pragà venerat Cracouiam (dum consilij Episcopus expers nos fuisset deprecatus) per Scholasticos nostros Cracouià erat pulsus: à nobis per infirma nostra, hostibus Romanæ Ecclesiæ, Cracouia semper purgata.

*Nos ita sumus religiosi S. Sedis, ut neminem admittamus, prius quam S. Sedis cultum & reuerentiam promittat perpetuam, Sanctæque Romanæ Ecclesiæ fidem solenniter profitemur.*

Magna, gloriosi Confessores, in S. Romanam Sedem nunc vestra fides & reuerentia, à quibus Authoritas eius omnis conuulsa, obedientia excussa, Bulla Cænæ Dñi vbique conculcata, potestas Clauium vsurpata, Papa vltimus appellatus (quod á matre suximus Parisina) repudiatus, Statuta & consuetudines contra Bullam introductæ, Inhibitiones reiectæ, ap-

pella

pellationes refutatæ, Appellantes oppressi, proscri-
pti, spoliati, quia appellassent ad Consistorium tracti,
Sedis Apostolicæ refractari laudati, contra eos scri-
bentes, pugnantes, exclusi, ad Judicium Laicale tracti,
à vobis contra Bullam, Mandatorum Pontificiorum
executio omnis malitiosè impedita, & cum illi9 quod
apud vestrum legistis Priscianum, Executorē datum
à Papa, delegatam habere authoritatē Papę, non me-
minissetis; contra Jllustrissimū Dominum Suffraga-
neum Cracouiensem, Literarum Apostolicarum exe-
cutorem, Papali contraueniendo Authoritati, per
insaniam à vobis criminosè Protestatum: à Perillu-
stribus & Admodum R. R. vt executioni Pontificiæ
se opponerent postulatum, ab Jllustrissimo & Reue-
rendissimo consilium, quo Mandatis Apostolicis cō-
traueniritis, & alio Perillustri & A.R. in C. Domino,
ut durè illud exequeretur, impetratū. Non est fas di-
cere longe maiora alia. Deniq; per medios è farina
vestra duos Consules, homines nouos, Colligiatos
Medicos, compractioationesq; contra Romam insa-
nas, ad eundem impediēdæ Literarū Apostolicarum
executionis effectum, & quia ad Sedem Apostolicam
appellassem, à deuotis adeò in Sedem Apostolicam
vobis fidem innocentet crepantibus, ad Principis
Mandata pęnalia (vobis acerrimè vrgentibus) & Ci-
tationes ventum. Tandem Vitelliani, nullam, quomi-
nus S.

nus S. Sedis Apostolicæ apud Sacr. R. M. Dominum Clementissimũ Constantinum felicissimum nostrum Sarmaticũ semper & vbiq; Sanctam, non conuulsissetis Authoritatem, suam nolletis S. R. Mtis. comixtam Jurisdictioni, vnquã prætermisistis occasionem.

*Ne fides Naimano facilè habeatur.*

Habeatur suis mille testibus, cum D. Vitellius habeat neminem.

*Cum enim reditus tenues Fundacionum pro pauperibus Sholaribus, à Naimano ex fundis nostris interceptos, & in vsum suum conuersos, cum iniuria nostra & distractos, repetimus, ille nempe D. Naiman, vt ne soluat & Judiciorum quibus seipsum sponte induit, quouis modo declinet laqueos, inuidia nos & Criminationibus confictis, vbi libet onerat & traducit.*


Appello hîc vestram ego fidem, qui cum istos de fundis vestris à me vobis restitutos (de quibus restitutis & per vos jã á me realiter numeratis, in S. R. M. Judicijs, Quietationibus vestris nuper vobiseffossi oculi) iã semel ipsi intercepissetis reditus, nunc tamen à me asseueretis interceptos, conuersos, distractos. Appello & Sacerdotalem vestram conscientiam, qui Protestationib9 nihilomin9 famosis, meam proscindatis innocentiam, eosdem ipsissimos reditus, à me iterum numerari velitis, non biennales tantummodo qui Flor: 3600. constant redictus, sed de octodecem

millibus Lite mora, Floren: aliena 18000. semel tantum deglutiendo, absorbere velitis; quia statim non numerati, innocentes Sacerdotum animæ, statim excommunicastis, statim proscripsistis; bonis Academicis & per factionem Consularibus priuastis; conatuum, Vigilantiæ, sumptuum, laborumque meorum, quos malo vestro tempore, quando Patres Jesuitæ Scholis Cracouiâ mea felicitate erant moti, Rectoratibus meis acerbissimis, pro vobis perpessus, imemores, honore & bonis spoliastis. Sed longe minora ista mea, qui neque Jacobi Naimani Can: Cracouiensis fratris mei germani desideratissimi, à quo totius Regni & Academiarũ exterarum (licet soli id non agnoscatis homines ingrati) Judicio, extremo vestro non ita pridem fuistis liberati exitio, qui curis pro vobis & laboribus fractus, nondum senex, domunculæ nostræ magna afflictione, meaque (dum post suum obitum homines ipsi inutiles tam bene menunc versatis) sua inuidia occubuit infelicitate, non meministis. Porro à Leonibus vobis ita Naiman prostratus, dum de securissimo confissus præsidio, Sanctam Apostolicam Sedem appellat, ne minimus illius à deuotis Sacerdotibus vobis habitus respectus, dum sub protectionis suæ alis se abscondit, à vobis ibi repertus, à vobis & Consulibus vestris, Recutito, & Sanguine, inde extractus, in tantæ Authoritatis contemptum, laceratus

ceratus, crudelissime habitus. Cæterum in prætensi ab aliquo debiti materia, apud Opifices hominesque alicuius rationis compotes, Calculationum, recalculationum omnium, Inquisitionum, Regestrorũ, probationum, Litium, Motionumque aliarum quarumlibet, finis est, quod venit alicui soluere, & tãdem quietum esse. Apud vos vero morum & Justitiæ Magistros Collegiatos aliquot, nunquam viso exemplo, profusa & impotenti alieni habendi (vt nuper quoq; in Brzezinensis Capitaneatus villis) vestra recenter succrescentium Academicorum cupiditate, Quietationes & quies, omnium quam vnquam fuissent maiorum, motuum principia.

*Sponte.*

Sub certissimum Apostolicum Protectionis profugiens Præsidium, non spontè illò à R. Vitellio exturbatus, ad Officium Consulare Cracouien: per refractariam Jurisdictionum ab illis commixtionem sed tractus, inuitus. De interceptis & laqueis ego vero vestris, aliâs.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0008514